

gem, suosque progenitores, feliciter inventarum, proventu, spiritu ter exultantes, et novellas hujusmodi plantas, amoenis charitatis gratiarum imbribus irrigare, et confovere, volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnibus et singulis venerabilibus fratribus Archiepiscopis, et Episcopis, per universas Indiarum earundem partes constitutis, ut sanctissimum Chrisma, reliquasque Ecclesiasticas Sancti Olei unctiones hujusmodi, cum eo, quod in partibus illis reperitur, balsamo, ac illo ministrorum Ecclesiasticorum numero, qui ad id commode haberi poterit, adhibito, in reliquis vero juxta praefatum Ecclesiae Romanae ritum, conficere, et consecrare libere et licite valeant, plenam et liberam licentiam, et facultatem, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, perpetuo concedimus, et indulgemus. Non obstantibus quibusvis Apostolicis ac provincialibus, et Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus ceterisque contrariis quibuscumque. Et quia difficile foret, praesentes literas ad singula quaeque loca in quibus eis utendum erit, deferri, volumus et praedicta auctoritate decernimus illarum transumptis, etiam impressis, manu notarii publici subscriptis et sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fidem, etiam in iudicio et extra ac ubique, adhibendam esse, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae. Dat. Romae apud sanctum Marcum sub annulo piscatoris, die XII Augusti MDLXII. Pontificatus nostri anno tertio. Cae. Glorierius.

§. Quibus quidem literis reverenter acceptis, quia difficile foret easdem originales ad singula quaeque loca ubi expediens fuerit deferri. Idcirco eas per notarium publicum infrascriptum descripsi, et exemplari fecimus, et mandavimus, et in hanc publicam transumpti formam redigi. Decernentes insuper, ut huic publico exemplo, sive transumpto plena fides adhibeatur ubilibet in locis omnibus et singulis, ubi fuerit exhibitum, vel ostensum, ipsumque exemplum sive transumptum fidem faciat, et illi stetur, ac si originales ipsae literae apparerent. Quibus omnibus et singulis sic rite, et legitime factis auctoritatem nostram pariter, et decretum interposuimus, prout interponimus tenore praesentium. Ac ad ampliorem evidentiam praemissorum praesentes literas manu nostra subscriptas, sigilloque nostrae auctoritatis, et per notarium infrascriptum signatas et subscriptas fieri jussimus et mandavimus. Dat. in oppido de Madrid Toletan. Dioc. anno a Nativitate Domini millesimo, quingentesimo, sexagesimo tertio, die vero nona Mensis septembris, Pontificatus Sanctissimi in xpo. Patris et Domini nostri Pii Divina Providenti

papae quarti, anno quarto. Praesentibus ibidem pro testibus honorabilibus viris Alvaro Xuarez Varella, et Josepho de Griano et Michaelae de Bazan familiaribus nostris ad praemissa vocatis specialiter, atque rogatis. Gaspar Archiepiscopus Compostellanus.

§. Et quia Ego Alphonsus de Torres publicus Apostolica auctoritate notarius una cum praenominatis testibus interfui. Ideo hoc praesens publicum Transumptum signavi, et subscripsi in fidem et testimonium praedecessorum rogatus, et requisitus. Alfonsus de Torres Notarius apostolicus.

Nueve años despues concedió lo mismo S. Pio V en el Breve siguiente que tomamos de la misma Colectanea.

§. Quod cum balsamo hujus regionis possit oleum sanctum confici Pius papa V.

§. Ad perpetuam rei memoriam: digna redimur attentione solliciti, illa ad exauditionis gratiam admittere vota, per quae necessitatibus in sacramentorum confectione occurrere, et consuli possit. Expositum siquidem nobis nuper fuit, quod in partibus Indiarum, ubi Antistites commorantur non invenitur, nec inveniri potest balsamum, vel oleum ex balsamo ad conficiendum sanctum chrisma necessarium, reperitur autem quidam liquor, seu succus mira odoris fragrantia, et ad sananda vulnera ad modum conducens qui ab Alexandria allatus esse perhibetur, et communiter habetur pro vero Balsamo, ac omnes, quos balsamus effectus praestat, quare iidem partium Indiarum praesules nobis humiliter supplicantes petierunt, ut in praemissis de aliquo opportuno remedio providere de benignitate apostolica dignaremur. His igitur necessitatibus, consulere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, tam Archiepiscopis quam Episcopis illarum partium et pro tempore in ipsis partibus commoraturis Antistibus, ut de caetero perpetuis futuris temporibus in confectione Sancti Chrysmatis dicto liquore, seu succo in locum balsami uti libere, et licite possint amplam licentiam et facultatem Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, et desuper indulgemus, ac dicto sancto Chrysmati cum dicto succo rite tam confecto tantam fidem adhibendam esse, ac si in illo balsamus intervenisset auctoritate et tenore praefatis constituimus, non obstantibus quibusvis apostolicis, ac in provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 2. Augusti 1571. Pontificatus nostri Anno sexto.

14.º
 Concede, a instancia del Sr. Rey D. Felipe II, el que en la Nueva España, clérigos y religiosos, y asimismo los seculares españoles puedan los días de ayuno y enaesma comer huevos, manteca y todo género de lacticinios, por 30 años, desde el fin de los últimos indultos. Indultum 33. Papae pii 4.

§. Hoc transumptum est bene, et fideliter extractum ab alio transumpto auctorizato per praedictum reverentissimum dominum Gaspar de Zuñiga. Quod quidem transumptum est ejusdam brevis Apostolici Sanctissimi domini nostri Pii 4 ad regis Hispaniarum instantiam, in quo sua Sanctitatis concedit quod omnes habitantes in Indiis Occidentalibus possint vesci tempore jejunii ovis, lardo, ac aliis lacticiniis per spacium triginta annorum. Quod quidem transumptum est in papiro exaratum ac supradicti Domini archiepiscopi sigillo authentico munitum, cujus thesor subsequitur.

§. Gaspar de Zuñiga et Abellaneda Dei et Apostolicae Sedis gratiae Archiepiscopus Compostellanus, Catholicae, ac Regiae Magestatis capellanus major, et conciliarius Notarius major regni legionem. Vidimus, legimus, et diligenter inspeximus quasdam sanctissimi Dni. nostri Domini Pii Dei providentia Papae IIII. anno eius quarto, literas Apostolicas in forma brevis sub annulo piscatoris expeditas in membranis, et lingua latina scriptas, sanas siquidem, et integras, non viciatas, non rasas non perforatas, non cancellatas, sed per omnia authenticas et minime suspectas, quarum thesor de verbo ad verbum sequitur, et est talis.

§. Ad futuram rei memoriam. Charissimus in xpo. filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus nobis nuper exponi fecit, quod dudum felicis recordationis Clemens. VII. vel Paulus III. Romanus pontifex praedecessor noster considerans in partibus Occidentalis Indiae maris, Oceani, quam Hispaniam Novam vocant, quadragessimali, et aliis anni temporibus in quibus esus carniuum et lacticiniorum ab Ecclesia prohibitus est, pisces aliosque temporibus hujusmodi permissos cibos non ita facile reperiri, ac propterea religiosorum presbiterorum, aliorumque nationis Hispaniae Christi fidelium in partibus illis degentium victui, necessitatibusque subvenire, volens, illis, ut quadragessimali, et aliis temporibus praedictis ovis, butyro, casseo et ceteris lacticiniis, usque ad triginta annos ex tunc immediatae, futuras vesci liberi possent Apostolica auctoritate indulisit, prout in eisdem praedecessoris literis desuper forsam confectis, plenius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subungebat finis tri-

ginta annorum praedictorum instet, et hispani, qui in partibus illis multiplicati sunt jejuniorum tempore ad huc premissorum penuria laborent. Idecirco praefatus Philippus Rex nobis humiliter supplicavit, quatenus tempus per praedecessorem concessum hujusmodi ad alios triginta annos prorogare de benignitate Apostolica dignareremur.

§. Nos igitur qui fidelium omnium praesertim in regionibus ad eo remotis degentium necessitatibus libenter, quantum nobis ex alto permittitur, subvenimus: veriores dictarum literarum thesores praesentibus pro expressis habentes; hujusmodi supplicationibus inclinanti tempus triginta annorum ac cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis desuper confectas literas praedictas ad alios triginta annos a fine priorum vel si jam lapsi sunt, a dat. praesentium computandos. Ita quod interea fideles ipsi dictis temporibus ovis, et lacticinio vesci licite possint eadem auctoritate thesores praesentium prorogamus, extendimus, et ampliamus, ac potiori cautelam universis et singulis tam presbiteris, et clerisis, aliisque cujusvis et mendicantium ordinum religiosis, quam caeteris Hispaniae nationis fidelibus, qui posterioribus triginta annis eadem Hispaniam novam incoluerint, ut quadragessimali, aliisque temporibus praefatis ovis, caseo, et aliis lacticiniis absque conscientia scrupulo, vel censurarum Ecclesiarum incursum vesci libere, et licite valeant eandem auctoritatem de speciali gratia concedimus et indulgemus. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in provincialibus, et sinodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus ceterisque contrariis quibuscumque. Et quia difficile foret praesentes literas ad singula quaeque loca, in quibus eis utendum erit. s. defferri, volumus, et praefata auctoritate decernimus illarum transumptis etiam impressis, manu notarii publici substitutis, et sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eandem prorsus fidem etiam in judicio adhibendam esse quae ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitatae, vel ostensae. Dat. Romae apud Sanctum Marcum sub annulo piscatoris, die XII Augusti MDLXII. Pontificatus nostri tertio. Cae. Glorierius.

§. Quibus quidem literis reverenter acceptis, quia difficile foret easdem originales ad singula quaeque loca ubi expediens fuerit deferri. Id circo eas per notarium infrascriptum describi, et exemplari fecimus, et mandavimus, et in hac publicam transumpti formam dirigi. Decernentes insuper, ut huic publico exemplo sive transumpto plena fides adhibeatur abilibet in locis omnibus et singulis, ubi

fuerit exhibitum, vel ostensum, ipsumque exemplum sive transumptum fidem faciat, et illi stetur ac si originales ipsae literae aparescent. Quibus omnibus et singulis sic rite, et legitime factis auctoritatem nostram pariter et decretum interposuimus, prout interposuimus tenore presentium. Ac ad ampliorem euidenciam praemissorum presentes literas manu nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas et per notarium infrascriptum signatas, et subscriptas fieri, iussimus, et mandavimus. Dat. in oppido Matrilo Toletan. dioc. anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo, sexagesimo tertio, die vero nona mensis Septembris. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini. D. Pii divina providentia Papae III praesentibus ibidem pro testibus honorabilibus viris Dominis Alvaro Xuarez Varella, et Josepho de Grijano, et Michaele de Bazan familiaribus nostris ad praemisa vocatis specialiter, atque rogatis. Gaspar Archiepiscopus Compostellanus.

§. Et quia ego Alfonsus de Torres publicus Apostolica auctoritate notarius una cum praenominatis testibus interfui, ideo praesens publicum instrumentum transumpti signavi et subscripsi in fidem testimonium praemissorum rogatis et requisitis. Alfonsus de Torres Notarius Apostolicus.

Fr. Alonso de Noreña en el M. S. intitulado "Recopilacion de Privilegios &." fol. 6, al margen, trae la siguiente nota a las "palabras "Clemens. 7 vel Paulum 3." &." Este Breve fue dado a 8 dias de Marzo de 1535, vienesse a acabar el año de 65, a 8 de Marzo. Corre el breve de Pio IV desde el mesmo dia de Marzo 8 del año de 65 hasta el año de 1595 a los 8 de Marzo, contando desde el dia de la data del breve de Clem. 7.º, que fué el año arriba alegado de 1535, contando el tiempo desde la data de Paulo 3.º, que fué el año de 1542 a 20 de Diciembre, se cumplieron los 30 años de la concesion de Paulo 3.º el año de 1572 a los 20 de Diciembre. Corre el breve de Pio 4 desde el dicho año de 1572 hasta el año de 1602 a los 30 de Diciembre, por razon de los 10 dias que se quitaron al año de 82."

15.º

"Que los arzobispos y obispos de Indias pueden por sus procuradores, de cinco en cinco años, visitar la santa Iglesia de Roma."

Lo hemos tomado del cit. M.S. de Noreña, que tuvo la suma bondad de facillitarnos el infatigable anticuario D. José María Agreda. Está en el fol. 6 vuelta, n. 10. Dice así.

Pius papa 4 ad perpetuam memoriam.

"Romanus Pontifex &. Sane Charissimus in xo. filius noster Filius Hispaniarum Rex catholicus nobis nuper exponi fecit qd. licet venerabiles fratres archiepiscopi et episcopi per universas Occidentales Indias sibi subjectas constituti in suas ad ecclesias "sibi commissas promissionibus seu receptionibus corporale Juramentum de liminibus Petri et Pauli apostolorum singulo bienio personaliter" visitantes praestiterint hoc tantum propter immensam locorum distantiam longamque fere annale navigationem tum propter diutinam eorum a suis populis (quae necessaria. sequeretur) absentiam praestare nequeunt."

§. Nos igitur prealatorum dictorum labori parere. et a Indiarum saluti consulere volentes nec non easdem archiepiscopos Juramentum per eos praestitum hujusmodi hactenus transgressos ab ea transgrezione ac quibusvis censuris ecclesiasticis et penis subsequentibus inde incurrerint harum serie absolventes omnibus et singulis Archiepiscopis praefatis praesentibus et futuris ut limina praedicta per procuratorem sive nuntium ad id ab eis deputandum singulis quibusque quq. viis visitando personaliter ad urbem accedere minimi teneantur nec per praedicta perjurium incurrisse censi possint ab apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo concedimus et indulgemus illisque juramentum praedictum per eos praestitum et deinceps forsam praestandum est ex nunc prout ex tunc ad effectum praedictorum gratiose relaxamus non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romae 12 de Aug. 1562."

§. Ego Fr. Alphonsus de Noreña. ordinis praedicatorum extraxi supradicta concessione ex quodam privilegio mihi accommodato a Reverendissimo Archiepiscopo Mexicano, et authentico 4 Aug. 1568."

Beaumont, tomo 5, lib. 2, cap. 22, pág. 70, despues del sumario de este privilegio pone la siguiente

NOTA.

"Aunque dice Leon que no se halla, esta original en el archivo, y auténtico en el legajo, y trasuntado en el Libro de Breves de la Tabla, folio 12, que a este fin envió al notario el Sr. D. Lorenzo Ramirez de Prado. Antonio de Herrera en el capítulo XIV, Década V, lib. VI, ya citado, dice: que por este Breve se hizo súplica el año de 1534; mas como no vió las súplicas, nunca dice qué Breves se concedieron, y así yerra, porque la súplica fué en carta real de 8

de Octubre de 1555, al "Marquez de Sarría," embajador en Roma."

"No obstante que Herrera no vió las súplicas, expresa lo mismo que reflexiona el Sr. Rivadeneyra en esta nota, que por la carta que el Rey escribió al Pontífice el año de 1534, además de la aprobación del presentado para el nuevo obispado de Oajaca, y la creencia que contenía para su embajador el conde de Cifuentes, le suplicaba que mandase dispensar con los prelados de las Indias la obligación que tenía de ir cada dos años personalmente á la corte romana, pues la distancia grande que había, mostraba la justicia de esta petición. Pudo el citado Herrera, como se ve, tener á las manos este Breve y el que cita en la Década VIII, libro primero, capítulo VIII, pues como historiógrafo del Rey se le franqueaba el archivo del Consejo y los demás, y no había de traernos estas noticias sin haber visto los monumentos que las afianzan. Lo que es creible es, que se hayan perdido ó traspapelado, como ha sucedido con infinitos instrumentos de esta naturaleza."

Es de notarse que el autor del *Fasti Novi Orbis*, ni en la *Ordnat. LXXIV*, ni en la *CLXX*, donde trata de esta materia, menciona la precedente bula. En la 2.^a, empero, asienta que Su Santidad Paulo V. concedió que se hiciese esta visita cada diez años. Estas son sus palabras: "Ut Episcopi Indiarum, scilicet Asiatici, et qui extra Asiam, et in novis aliis terris orientis, meridiei, occidentis, et septentrionis sunt, tam in insulis quam in continentibus, decimo quoque anno iter suscipiant ad visitanda limina Apostolorum, computato decennio á tempore consecrationis, vel traditionis pallii, vel translationis, ita ut tempus praedecessori excursus successoreri effluxisse intelligatur. Ut antequam Ecclesiae regimini et administrationi se immisceant, jurent se personaliter visitaturos. Quod si impediti fuerint, per certum nuntium ad id speciale mandatum habentem de capitularibus, aut alium in dignitate ecclesiastica constitutum, aut alias personatum habentem; aut si hujusmodi hominem non habeant, per diocesanum sacerdotem; & si clero careant, per alium presbiterum saecularem aut regularem spectatae probitatis & instructum. Aliter suspensos ab ingressu Ecclesiae, & administratione tam temporali quam spirituali, & perceptione fructuum tandiu privatos esse vult Pontifex, donec resipiscentes relaxationem suspensionis a Sede Apostolica obtinuerint. Non obstantibus &c. Extat in Bullar. Cherub. tom. 4. C. 15. Sixti V. Incipit "Romanus Pontifex". Id ipsum quod generaliter in hac Ordinatione, inculcatur specialiter in Bullis, dum aliquis promovetur, scilicet, ut quolibet decennio *Limina Apostolorum visita-*

re habeat. Vide infra anno 1763. 18. Jul."

Sobre el modo de disponer los obispos, arzobispos, & la relacion de sus respectivas iglesias, pueden verse las "Pandectas Hispano Mexicanas" del Sr. Rodriguez de S. Miguel, tomo 1, n. 215, pág. 101.

16.

Que los religiosos que de Indias viniesen á España, de cualquier Orden que sean, no puedan traer mas dinero del que para su camino hubieren menester.

"Indultum 28 Papae Pii 4.

§. Hoc Transumptum est benè, et fideliter extractum ab alio transumpto auctorizato per reverendissimum Dominum Gaspar de Zuñiga et Abellaneda archiepiscopum S. Jacobi de Compostella. Quod quidem transumptum est cujusdam brevis apostolici Sanctissimi Domini nostri Pii. 4. in quo sua Santitatis praecipit, quod religiosi, qui ab Indiis proficiscuntur in Hispaniam non deferant pro viatico, nisi tantum eis necessaria. Quod quidem transumptum est in papiro exaratum, ac sigillo authentico munitum, cujus titulus est hic Gaspar á Zuñiga Abellaneda miseratione divina archiepiscopus compostellanus. Cujus tenor subsequitur.

§. Gaspar de Zuñiga, et Abellaneda Dei, et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Compostellanus, catholicae ac regiae magestatis capellanus major et conciliarius notarius major regni legion. &. Vidimus, legimus, et diligenter inspeximus quasdam Sanctissimi Domini nostri Dni. Pii Divina Providentia Papae Quarti literas Apostolicas in forma brevis sub annulo piscatoris expeditas in membranis et lingua latina scriptas sanas, siquidem et integras, non viciatas, non rasas, non perforatas, non cancellatas, sed per omnia authenticas et minime suspectas, quarum tenore sequitur, et est talis.

§. Ad perpetuam rei memoriam. Provida Sedis Apostolicae solertia licet omnes Ecclesiae Dei ministros ab avaritiae macula esse cupiat alienos, ipsos tamen religiosos, qui solemne paupertatis votum altissimo praestiterunt, et ad hanc humani generis labem publicam concessione passim detestandam quotidie mittuntur, ab omni criminis hujus suspicionem prorsus immunes presevare studet, et ut id facilius assequantur praesertim dum catholicorum in hoc regnum vota concurrunt, omnes hujuscemodi lapsus ocasionem libenter submovent, et alios in his maturi providet, prout in domino conspicit salubriter expedire: sane nobis nuper exponi fecit charicimus in Christo filius noster Philipus Hispaniarum Rex catholicus, quod

inter sancti domici, et minorum, aliorumque, ordinum fratres Indiam Occidentalem, aliasque terras et insulas maris Oceani proficiscentes tantus inolevit avarae perversitatis abusus, ut plerique fratrum eorundem pecuniis clam ibi quaesitis, sibi que contra solemne paupertatis votum ab eis emissum appropriatis sub fictae superiorum suorum licentiae, ac aliquando sub ficto praetextu, quod pecuniae huiusmodi ad alios pertinent in Hispaniam redeunt magnam pecuniarum quantitatem reportant illamque inter consanguineos, et necessarios suos partiuntur, et in alios illicitos usus convertunt in voti, religionisque spretum, animarum suarum periculum, fisci Regii et aliorum fraudem, ac malam proximi edificationem. Quare praefatus Philippus Rex nobis humiliter supplicari fecit: quatenus huic in dies magis pululanti morbo tempestive mederi, et alios in praemis opportune providere de benignitate, Apostolica dignemur. Nos igitur fratres ipsos ad haec loca non pecuniarii, sed spiritualis mercedis exercendi, nec in terris, sed in coelo thesaurizandi gratia peregre proficisci debere, et propterea hanc usurpatum avaritiae, et subsequentis Apostasiae ansam ab eorum manibus excutiendam esse censentes, ab omnibus, et singulis cujusvis ordinis fratribus in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis latae sententiae poena per contravenientes eo ipso incurrenda, ne deinceps talia attentare praesumant districtius inhibentes: huiusmodi supplicationibus inclinati. Quod deinceps nullus praedictorum, aut aliorum quorumvis ordinum religiosos cujuscumque dignitatis, status, gradus, vel conditionis existant ab indiis, aliisque partibus praefatis rediens pecunias ultra quam viatico suo veris militibus necessariae fuerint exportare: omnesque pecunias per eos exportandas antequam naves ascendant superiori suo in partibus illis existenti denunciare, et ostendere literasque denunciationis ac dexationis viatici huiusmodi ab eo recipere teneantur sub excommunicationis praedictae, ac huiusmodi pecuniarium ab ipsis fratribus per deputados Regios realiter auferendarum, et in pios partium illarum usus arbitrio ordinarii loci convertendarum poenis similiter ipso facto incurrendis perpetuo apostolica auctoritate tenore praesentium statuimus, et mandavimus. Ac officialibus Regiis, et deputatis praefatis eosdem redeuntibus fratres, postquam naves causa reditus ascenderint seu antea prout eis visum fuerit per scrutandi, et perquirendi. Ac fratres ipsos ad ostendendum eisdem officialibus pecunias, quas secum afferunt, et literas denunciationis huiusmodi modis et formis prout eis apparebit cogendi, omnesque pecunias in dictis literis non comprehensas ab eis auferendi, et in-

pios usus praedictos, ut praefertur, convertendi facultatem eadem auctoritate concedimus. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac praedictorum, et aliorum quorumvis ordinum etiam Juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis et literis Apostolicis eisdem ordinibus, eorumque superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiam motu proprio, etiam interatis vicibus concessis, approbatis et innovatis etiam mari magno, et bulla aurea nuncupatis. Quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expresa, et individua mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, formas, et decreta, ac datas, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissis, et forma in eis tradita observata inserti forent praesentibus pro sufficienter expressis habentes alii in suo robore permansuris hac vicendum taxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Et quia difficile foret praesentes literas ad singula quaeque loca in quibus eis utendum erit, deferri. Volumus, et praedicta auctoritate decernimus, illarum Transumptis etiam impraemissis manu notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fidem, etiam in Judiciis adhibendam esse quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae. Dat. Romae Apud Sanctum. Marcum sub annulo piscatoris die XII. Augusti. MDLXII. Pontificatus nostri, anno tercio. Cae Glorierius.

§. Quibus quidem literis reverenter acceptis, quia difficile foret easdem originales ad singula quaeque loca, ubi expediens fuerit deferri idcirco eas per notarium publicum infrascriptum describi, et exemplari fecimus et mandavimus, et in hanc publicam transumpti formam redigi. Decernentes insuper, ut hoc publico exemplo, sive transumpto plena fides adhibeatur ubilibet in locis omnibus et singulis, ubi fuerit exhibitum, vel ostensum, ipsumque exemplum sive Transumptum fidem faciat, et illi stetur, ac si originales ipsae literae apparent. Quibus omnibus et singulis sic rite, et legitime factis auctoritatem nostram pariter et decretum interposuimus prout interponimus tenore praesentium, ac ad ampliorem evidentiam praemissorum praesentes literas manu nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas, et per notarium infrascriptum signatas, et subscriptas fieri jussimus et mandavimus. Dat. in oppido Matrito Toletan. Dioc. & Anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo

tertio. Die vero nona mensis septembris Pontificatus sanctissimi Domini nostri Domini Pii divina providentia papae quarti. Anno ejus quarto, praesentibus ibidem protestibus Alauro Xuarez Varella, et Josepho de Grijano, ac Michaelae de Bazan familiaribus nostris ad praemissa vocatis specialiter, atque rogatis. Gaspar Archiepi scopus compostellanus.

§. Et quia Ego Alfonsus de Torres publicus Apostolica auctoritate notarius una cum praenominatis testibus interfui. Ideo hoc praesens publicum Transumptum signavi, et subscripsi in fidem, et testimonium praemissorum rogatus, et requisitus. Alfonsus de Torres Notarius Apostolicus.

Beaumont, tomo y lib, cit., cap. 31, pág. 509, despues del sumario de este privilegio, que tomamos de la Collectanea cit., pone la siguiente

NOTA.

1. "Hállase en el legajo, aunque simple, pero copiado por Leon de un trasunto auténtico, y consta esta circunstancia."

2. "Impetróse á instancia del Emperador Don Carlos, como parece de su carta de 17 de Abril de 1553, escrita á Don Diego de Mendoza, enbajador en Roma. Sacóse despues, está mandado guardar por Cédula Real de 22 de Julio de 1593, que hoy es la Ley 91, tit. 14, lib. 1º que le refiere."

Prohibe la blasfemia, sodomia y otras varias cosas. Lo tomamos de la Colectanea cit., dice así: "Bula S D N D Pii V. Prohibitio blasphemie, sodomiae, simoniae, concubinariatus, ac contra deambulantes per Ecclesias, pauperes per eas mendicantes, ac alios in eis illicita facien. necnon de tolendis ex eis capsis, et depositis mortuorum, de non laborando in diebus festiuis, ac circa plurima alia Dei honorem, et diuinum cultum concernen.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. §. Cum primum apostolatus officium divina nobis dispositione commissum suscepimus, statim omnem curam, et cogitationem nostrum in Dominici gregis fidei nostrae crediti salute defiximus, et Christi fideles, Deo iuuante, ita dirigere statuimus, ut a vitiis, et peccatis abstinentes, iter, quod ad vitam aeternam ducit, insistant. Cum autem ad omnia, quae diuinam maiestatem aliquo modo pos-

sent offendere, a mouenda, enmendare, mentis, nostrae aciem intenderimus, ea primum, et sine mora enmendare decreuimus, quae Deo praeter caetera displicere, et iram ejus provocare cum divinae doceant scripture, tum gravissima exempla declarant, nempe diuini cultus neglectum, simoniae labem, blasphemia crimem, et libidinis naturae contrariae vitium execrandum, propter quae populi, et nationes bellorum, famis, et pestilentiae calamitatibus juxta Dei ultionem saepe plectuntur. Et si autem contra eos, quae tam graua crimina admiserint, multae a praedecessoribus nostris constitutiones editae fuerunt: tamen quia parum est leges edere, nisi sint, qui eas debitis temporibus exequantur: Ideirco, ne forsitan ex tolerantia sperare impunitatem audeant, scientes plerosque paenarum gravitate magis, quam Dei timore arceri solere a voluntate pecandi: omnes et singulas sententias, censuras, et paenas contra eos, qui talia delinquerint, latas confirmamus, et apostolica auctoritate innouamus, nec de earum rigore quicquam relaxamus, admonemusque eos quitalia perpetrare veriti non fuerint, non solum subituros eas paenas quae sacris sunt canonibus constitutae, sed eas etiam, quas leges civiles comminantur, et nostri quoque arbitri discretio pro personarum qualitate constituet. Mandantes civitatem, et locorum status nostri Ecclesiastici pro tempore Ordinaris, et Gubernatoribus, illis quidem sub paena suspensionis a diuinis, his vero sub paena excommunicationis latae sententiae, ut quos debitum Deo cultum in ecclesiis non tribuere, aliisque nefandis criminibus pollutus esse competerent, comprehendi curent paenis afficiendo competentibus, scituris etiam ipsis Judicibus, quod si post hanc nostram constitutionem in castigandis hujusmodi delictis negligentes fuerint, Primum quidem Dei Omnipotentis Judicio obnoxii erunt, deinde nostram quoque incurrent indignationem. Ut autem paenarum certitudo cunctis facilius innotescat, non nullas hic duximus exprimendas, aliis nihilominus contra hujusmodi criminum reos a jure statutis in suo robore manentibus. §. Ut igitur Deo optime maximo, gloriosae virgini, et sanctis omnibus debitus honor deferat. Gregorii. 10. praedecessoris nostri constitutionem innovantes, ac statuta in Tridentino concilio obseruari volentes, statuimus, et ordinamus, ut ad Ecclesias sit humilis, et deuotus ingresus, quicta conversatio, deuotis, orationibus insistant, et omnes genibus flexis sanctissimum sacramentum adorant, ad nomen Jesu Christi Domini nostri cum exhibitione reuerentiae caput inclinent, nullus in dictis Ecclesiis seditionem faciet, tumultum excitet, clamores moveat, impetumve committat, cessent vana, faeda, et profana colloquia, risus immoderati, et strepitus om-

nes indiciorum, et alia quaecumque, quae divinum officium perturbare possunt. Nullus intra Ecclesias deambulare audeat, sive praesumat, dum celebrantur sacra missarum mysteria, et alia divina officia. Qui vero praedicta petulanti animo contempserint praeter divinae ultionis acrimoniam, nostri quoque arbitrii paenas incurrent, quae omnia locorum quoque ordinarii in suis ecclesiis, dum ibi sacrificium Missae, et divina celebrantur officia, aut verbum Dei praedicatur, deambulare, vociferari, aut verso tergo. ad Sanctissimum Sacramentum irreverenter sedere, aut aliquid, quod scandalum generet, aut divina perturbet officia, facere praesumerit, paenam viginti quinque ducatorum incurrat, praeter alias arbitrio nostro imponendas, et moderandas paenas, et qui non habebit in aere, luet in corpore, aut exilio muletabitur. §. Qui vero in Ecclesiis cum mulieribus impudicis, sive etiam honestis colloquium scurrile habuerit, aut alias in honestos actus fecerint, vigintiquinque ducatorum paenam incurrat, et carceris per mensem. §. Qui in Ecclesiis, ut supra, obscenis, et inhonestis verbis, aut signis usus fuerit, aut alia faeda colloquia cum personis quibuscumque habuerit, decem aureorum paena muletetur, aut alia corporaliter puniatur. §. Mandamus praetera omnibus et singulis Cathedralium, collegiatorum, et parochialium Ecclesiarum Capitulis, Rectoribus, Vicariis, sacristis, ostiariis et aliis ipsarum custodibus, quatenus praefatos omnes in Ecclesiis delinquentes admoneant, et ut in eis vetita fieri non permittant, vel saltem ipsis Ordinariis, vel officialibus nostris puniendos deferant, quod si facere neglexerint paenam duorum aureorum vice qualibet incurrent. §. Pauperes quoque mendicantes, seu eleemosynas petentes per Ecclesias tempore missarum, praedicationum, aliorumque divinorum officiorum ire non sinant, sed eos ad valvas Ecclesiarum stare faciant, sub paena duorum aureorum Capitulis infligenda pro qualibet vice, nisi eos ejici curaverint, et Parochis diimidii aurei. §. Religiosis etiam Claustralibus, siue regularibus praecipimus in virtute sancte obedientiae, ut in ecclesiis suis deputent aliquem, qui tales ejiciant, et si negligentes fuerint, gravissime ab ordinario corripiantur: quod si illi parere recuserint, gravissimas paenas incurrent, et pro qualitate personarum etiam corporaliter punientur arbitrio nostro, sive superiorum suorum. §. Et, ut in Ecclesiis nihil indecens relinquatur, iidem provideant, ut capsae omnes, et deposita, seu alia cadaverum conditoria super terram existentia omnino amoveantur, prout alias statutum fuit, et defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur. §. Cum vero dierum festorum observatio ad Dei cultum

maxime pertineat et in lege divina praecipitur, Cupientes abusus pravos, quibus eorum in observantia invaluerunt, omnino corrigere, et antiquorum canonum statuta renouantes, mandamus ut omnes Dies Dominici, et praecipue in honorem Dei, beatae Mariae virginis, Sanctorum Apostolorum feriat cum omni veneratio observentur, et omnes in diebus praefatis Ecclesias frequentent, divinis officiis devotè intendant, ab omni illicito, et servili opera abstineant, Mercatus non fiant, profanae negotiationes, et iudiciorum strepitus conquiescant. Qui vero in diebus praefatis opus aliquod illicitum fecisse deprehensus fuerit: praeter divinam ultionem, et amissionem animalium, quibus ad vecturam utetur, etiam graves paenas incurret, arbitrio nostro seu Vicarii nostri in urbe. In aliis autem locis arbitrio ordinariorum vel aliorum magistratuum, ita ut praeventioni locus sit. Quibus omnibus districte praecipimus, ut haec diligentem observari procurent, illas etiam festivitates, quae juxta consuetudinem locorum soleminiter celebrari consueverunt, juxta laudabilem consuetudinem debita cum reverentia observari faciant, sub paenis arbitrio ipsorum imponendis et moderandis. §. Et ut simoniacae pravitate labes prorsus aboleatur, constitutiones antecessorum nostrorum contra simoniacos editas et presertim Pauli II. inviolabiliter observari mandamus, et delinquentes tam in sacrorum ordinum receptione, quam in beneficiorum assecutione, statutis etiam inferius paenis nostra auctoritate affici volumus. Quicumque igitur detestabile crimen simoniacae pravitate commississe convictus fuerit in consequendis ordinibus, eo ipso sit ab illorum executione per decennium sine spe dispensationis suspensus, et per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates Ecclesiasticas simoniacè acquisiverit, illis sit ipso jure privatus, et in futurum inhabilis ad eas, et quascumque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniacè adeptus fuerit, illis similiter sit ipso iure privatus, et ad fructum omnium, quas perceperit, restitutionem teneatur, et perpetuo sit inhabilis ad ea, et quaecumque alia beneficia Ecclesiastica obtinenda. Siquis autem tale crimen pluries commississe convictus fuerit, praeter supradictas paenas etiam corporaliter puniatur, et ab ordinibus Ecclesiasticis degradatus a fidelium consortio eiiciatur. Qui vero ordines, et beneficia simoniacè obtulerint, paenis aut statutis puniantur, cujuscumque gradus conditionis, et dignitatis etiam si Episcopi, Archiepiscopi, vel majores fuerint. Caveant praeterea quicumque ne in sacramentorum exhibitione Simoniacum aliquid faciant, Aliquin gravissime puniantur per locorum ordinarios, qui hujusmodi criminis reos cum maxima seve-

ritate coercere procurent, juxta concilii Tridentini statuta. §. Ad abolendum vero nefarium, et execrabile blasphemiae scelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mandat, et imperialibus quoque legibus receptum est, nunc autem propter miniam judicium in puniendo segnitiam, vel potius desuetudinem, supra modum invaluit. Leonis. X. predecessoris nostri in novissimo lateranen. Concilio statuta innovantes, Decernimus, Ut quicumque laicus, Deum et Dominum nostrum Jesum Christum, vel gloriosam Virginem Mariam ejus genitricem expressè blasphemaverint, pro prima vice paenam viginti quinque ducatonem incurrat; pro secunda paena duplicabitur: pro tertia autem centum ducatos soluet et ignominia notatus exilio multabitur. Qui vero plebeius fuerit, nec erit solvendo, pro prima vice manibus post tergum ligatis ante fores Ecclesiae constituetur per diem integrum. Pro secunda fustigabitur per urbem. Pro tertia lingua ei perforabitur, et mittetur ad triremes. Quicumque clericus in hoc blasphemiae crimen incurrerit, pro prima vice fructibus unius anni omnium, et quorumcumque beneficiorum suorum: pro secunda beneficiis ipsis priuetur: pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, et mexilium mittantur. Quod si clericus nullum obstinuerit beneficium, paena pecuniaria vel corporali pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradet. et ad triremes mittatur. Qui reliquos sanctos blasphemaverit, pro qualitate blasphemiae, atque personae, arbitrio Iudicis puniatur. §. Siquis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiae, perpetraverit, Curiae seculari puniendus tradatur. Et si clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus, simili paena subiciatur. §. Monemus praeterea omnes locorum ordinarios, et in virtute sanctae obedientiae eis praecipimus, ut statuta, Tridentini concilii contra concubinarios tam clericos, quam laicos edita districte faciant observari, reddituri Deo, ac nobis, si id omiserint, rationem. Et ut praemissorum delictorum Simoniae, blasphemiae, ac strupi nefandi notitia facilius habeatur, volumus, quod in singulis casibus; non solum per accusationem, et inquisitionem, sed etiam ad simplicem, et secretam denuntiationem procedatur per quoscunque iudices, alias tamen de jure competentes, tam ratione delicti, quam personarum, ita quod inter eos locus sit praeventioni. §. Monemus praeterea omnes, et singulos, ut solum Dei timorem prae oculis habentes, et non alia animi prava affectione ducti, culpabiles tantum deferant, innocentes non vexent. Quod si aliqui ex calumnia aliquos denunciassent comperit fuerint, eos ad paenam talionis teneri volumus, et mandamus. Multae autem pecuniariae applicentur pro duabus partibus locis piis arbitrio nostro in urbe. Ex-

tra vero, ordinatorum, pro tertia accussatori, qui delinquentes detulerit. Mandamus autem principibus, comitibus, et baronibus omnibus. S. R. E. feudatariis, sub paena priuationis feudorum, quae ab ipsa Ecclesia Romana obtinent, reliquas vero principes Xpianos, et Terrarum Dominos, hortamur in domino et in virtute sanctae obedientiae mandamus, ut, pro Divini Nominis reverentia, et honore, praemissa omnia in suis dominiis, ac terris exactissime, servari faciant, uberriam ab ipso Deo mercedem tam boni operis recepturi. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac exemptionibus privilegii, indultis, facultatibus, et literis Apostolicis quibusvis Capitulis, conventibus, Militiis, ordinibus, et personis cujuscumque qualitates, et conditionis existentibus, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, necnon irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio alias quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, quibus illorum tenores presentibus pro expressis habentes, specialiter et expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod presentium Transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus Praelati munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostram innovationis, relaxationis, ad monitionis, confirmationis, mandati, statuti, decreti, ordinationis praeecepti, monitionis, voluntatis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraxie. Siquis autem hoc attentare praesumserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Dat. Romae apud. S. Petrum Anno incarnationis Dominicae. 1566. Kal. April. Pontificatus nostri anno primo. Antonius Florellus Lauellinus visa de curia. Jo. Riuetius. H. Cumym.

Los cristianos en Indias no incurren en la excomunion de la Bula de la Cena, por comerciar con los infieles.

Lo tomamos del Fasti Novi Orvis, ordinat. CXXIII, pag. 230. Dice así.

Pro Foro conscientiae ad decennium concessit Pius V., ne christiani in India incurrerent excommunicationem Bullae Cenae prop-